

nulli reperti sunt; numerus Maurorum Aurelianorum, quem ibi fuisse notitia testis est saeculo quinto, omnino in titulis Britannicis nondum comparuit. Secundum ea autem testimonia, quae supra (cap. LI) composui, Aballava procul inde videtur remota fuisse atque quaerenda potius in tramite viae alicuius, quae ex regionibus Britanniae magis versus meridiem sitis per Uxellodunum (*Maryport*, supra cap. XXXIII) Ambo-glannam (cap. LII) ducebat et deinde magis versus septentriones ad Bannam. Tamen prope *Brampton* castra omnino fuisse non nego; id quod Bruce (p. 285) etiam propterea putat paene necessario statuendum esse, quia a *Castlesteads* quae in ipsa valli linea secuntur castra ad *Stanwix* aliquanto longius distant, quam solent castella valli inter se distare. In valli linea secuntur *Newtown of Irthington*, unde prodiit titulus valli legionem secundam nominans unus (n. 898), *Oldwall*, ubi tituli varii, arae Cocidii (n. 876) in situ *High Stead* (aut *High Strand*? Maclauchlan p. 71) detecta et Martis (n. 886) et lapides centuriales aliquot (n. 899. 903. 905), item miliarium Diocletiani, cuius memini, reperti sunt, *Bleatarn*, ubi

Bainbrigg titulum centuriale vidit (n. 902) prodiitque postea singularis ille civitatis alicuius nomen referens (n. 897). Eorum locorum titulos omnes coniunxi cum repertis in *Castlesteads*, cum Horsleius (p. 264) ad *Oldwall* repertos (n. 899. 903) castris iis tribuerit, quae fuerunt a vallo ad meridiem prope *Watch cross*, quaeque Aballavam fuisse coniecit. Sed hic quoque, ut observavit Bruce (p. 288), facile castra fuisse possunt, neque vero demonstrari potest ea fuisse Congavatam notitiae, ut voluit Maclauchlan (p. 72).

Addidi, ut capite praecedente, lapidinarum, ut videntur, antiquarum titulos aliquot militares (n. 912. 913) prope *Brampton* sitarum; quorum titulorum ille observatus est inde a saeculo decimo sexto a scriptoribus non paucis, sed nuper demum a Brucio plene et accurate descriptus, hic ab eodem demum detectus est.

Inter suspectos relegavi titulum unum (n. 11*), quia videtur esse aetatis mediae vel aevi etiam recentioris.

873 *Castlesteads*, rep. a. 1791 CARL. In the possession of W. Johnson, Walton house LYS. Ibi servatur HODGS., BRUCE; est arula alta dig. 10¹/₂, lata 4¹/₂, litteris rudibus.

DEO
B E L A T
V C A D
R O A R
5 MINERVIII

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 64; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 118 tab. 2 fig. 11; Lysons *Cumberl.* p. 153, 43 (inde Hodgson 2, 3 p. 216); Bruce *wall* ed. II p. 381. Exempla fere inter se conveniunt.

874 *Scalby castle*, the seat of Dr. Gilpin; not far from the castle found in the river *Irthin* GIBS. At *Scaleby castle* HORSL. *Scaleby castle* is certainly neither near the *Irthing* nor this station [Petriana], so that there is no evidence that it belongs to it HODGS. Videtur periisse.

DEO·S·BE
L A T V C A A
R O A V D O ·
p a V L L I N V S
5 V S

Gibsons Camden p. 844 (inde Gale itin. Anton. p. 33; Archaeologia 1, 1779 p. 312); Horsley p. 260 *Cumberl.* 31 (inde Warburton vallum p. 93, 31; Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 105; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 5; Orell. 1965 in adn.); Hodgson 2, 3 p. 216; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243.

1 DEO·S·III Gibs. 2 LATVCA, 4.. VLLINVS traduntur. V. 3 *Au(lus) Do(mitius)* Horsl., vix recte. Sed latere certe videtur in *Audo*.. nomen aliquod gentilicium.

875 S. I. COWPL. ANON. I et II (Sibb.). In Cumberlandia Angliae ultra Irthingum fl. iuxta vallum reperta; extat Naworthi castro dñni Guil. Howardi CAMD. In agro Brigantum SELD., unde Devae (*Chester*) tribuit GALE, Horsleius vero (p. 179) *Gretabridge* (supra cap. XXV); male uterque (cf. n. 278). Periit; sane frustra quaesivit BRUCE.

DEAE NYMPHAE RIG
QV D VOVERAT · PRO
SAL !!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
DM · NOSR · INV C
5 MP · M · AVREL · SEVERI
ANTONN · PII · FELCIS
AVG · TOTVSQVE · ID
MVS · DIVINAE EIVS
M · COEIVS NGRNS
10 p r C E · AVG · N · DEVO
tissim V S · N V M ini
maies TATQV EIVS V S L M

Nicol. Cowpland in epistula data *Brampton Church*, May 5, 1609 to the Right Noble William Howard, sonne of the Right Honourable W^m. Lord Howard Baron of Gildsland at Naworthcastle in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 406/7 (hoc exemplum Camdenus misit Grutero Scaligerove cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 110 v. repetivitque Guil. Holland in additionibus ad Camdenum ed. 1637 p. 785; inde Horsley p. 267 cf. p. 350; ex Horsleio habent Hutchinson *Cumberl.* 1 p. 124; Goughs Camden 3 p. 458; Hodgson 2, 3 p. 217; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 238; praeterea eiusdem exempli versum primum edidit Ioh. Selden marm. Oxon. p. 57, V 'ex Camdeni collectaneis quibus Britanniam suam augere destinaverat'; ex Seldeno repetiverunt Prideaux p. 309, 3; Maittaire p. 62, 187; Reinesius 1, 185; Spon misc. p. 115; Th. Gale itin. Anton. p. 53; Horsley p. 315 cf. p. 179 et praef. p. X; Stuart Caledonia p. 125 adn. b; Ormerod *history of Chester* 1 p. 294; Newton p. 119 adn. c; Wright *the Celt* p. 294; Anonymus ibid. f. 292; Rob. Sibbald (? cf. praef. ad cap. LII n. 5) ibid. f. 293.